

stinguens dñs ait · Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spū  
 scō · non potest introire in regnum dī · Quod natum ē  
 ex carne · caro ē · quod natum ē de spū · sps ē · Uerum  
 ne quis hominum dubitet filium se dī et coheredem  
 xpī posse fieri · dat exemplum euangelista · Quia et ipse  
 filius dī homo fieri · et inter homines habitare digna  
 tus ē · ut humanae pariceps existendo fragilitatis · homi  
 nes diuinae uirtutis suae donaret paricipes · Et uerbu  
 caro factum ē · et habitauit in nobis · Quid ē dicere · et fi  
 lius dī homo factus ē · et inter homines conuersus esse · Sō  
 let namq · scriptura · modo animae · modo carnis uoca  
 bulo · totum designare hominem · Animae uidelicet ·  
 ut scriptum ē · Quia descendit in aegyptum · in annis ·  
 septuaginta · Carnis uero · ut rursus scriptum ē · Et ui  
 debit omnis caro salutare dī · Neq · cum uel animae  
 sine corporibus in aegyptum descendere · Et caro sine  
 anima uidere aliquid potest · Sed hic per animam totus  
 homo · ibi signatur per carnem · Sic ergo hoc loco qđ  
 dicitur · et uerbum caro factum ē · nihil aliud debet  
 intellegi · quam si diceretur · et dī homo factus ē · Carnē  
 uidelicet induendo et animam · Ut sicut quisq · nūq̄  
 unus homo ex carne constat et anima · ita unus ab